



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

CCCLVIII. Der Mannrichter im Lande Stolp, Henning von Beren, stellt einem Priester ein Legitimations - Attest zu einer Erbschaft aus, im Jahre 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

CCCLVIII. Der Mannrichter im Lande Stolp, Henning von Beren, stellt einem Priester ein Legitimations-Attest zu einer Erbschaft aus, im Jahre 1348.

Prudentibus viris et discretis magistris consulum ceterisque consulibus in Konnigisberge henningus de berne, illustris principis domini ludowici Marchionis brandenburgensis iudex delegatus militum ac militarium terre stolpenfis, honoris obsequii assidue quantum valet incrementum. Decet namque iustis desideriis fauorem beniuolum impertiri. Supplicauit nobis notus ac religiosus dominus hinricus de luzfeloy de ordine fratrum minorum de genealoya mihi nota cuiusdam sacerdotis hinrici dicti skillinc fideliter expediri progeniem prefati sacerdotis mihi totaliter notam, intuitu dei perlustraui, sciens et inueniens non esse fratrem carnalem nec fuisse in recta linea consanguinitatis nec filium fratris heredem sacerdotis predicti propinquiorem, ac heredem ad bona temporalia predicti sacerdotis memoratum dominum hinricum de luzfeloy profiteor et vna mecum vnus ciuis ciuitatis angermundensis fidedignus Wilhelmus fuertueger in hiis scriptis. Ob recordationem iustitie si est necesse paratus sum cum mea parentela firmare iuramento. In quorum euentiam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 328. Vgl. oben Nr. CI.

CCCLIX. Schreiben des Rathes zu Zehden an den Rath zu Königsberg wegen der Anlegung von Erbgeldern (Schrift des 14. Jahrhunderts).

Discretis uiris et honestis Consulibus ciuitatis konnichelbergh Consules ciuitatis Ceden beniuolam ad queuis beneplacita uoluntatem. Recognoscimus presentium tenore publice protestantes, quod nicolaus linifex, laior presentium, pecuniam hereditariam suorum preuignorum minorenium et annos discretionis non habentium, in nostra ciuitate existentem, in nostra ciuitate in certam hereditatem conuertit et locauit, quam sibi tempore solutionis absque dilatione et brigis instanter presentari petimus et persolui, quod merebimur loco et tempore exigente. Datum Ceden, feria sexta in die lamberti martiris et confessoris gloriosi.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 332.